9. (18) 856

Sententia Patrum Societatis de responsione P.rum Prædic.rum ad octo quæst.nes ab ipsis P.tribus Prædicatoribus jussu Ill.mi ac Rev.mi D.ni Card. Madrutij, nobis propositas.

Circa Primam.

Concedimus illum bonum usum liberi arbitrij hominem habere ex innata libertate gratuito auxilio excitata et mota efficaciter à Deo; sed advertimus eam efficaciam ex S.ti Aug.ni sententia, in grã congrua positam esse, nulla vero ratione in physica prædetermi.ne.

Circa secundam.

Quæ respondent ad qu.em 2.am libenter amplectimur.

Circa 3.am

Distinguendum existimamus de divina prædestin.ne. si enim accipiatur pro divina voluntate, seu prædestinatione. verum est eam esse mediantibus efficacib. divinæ grã auxilijs actuum liberorum, qui ad iustificationem sunt necessarij: si vero accipiatur pro Physica prædeterminatione, id falsum esse censemus; quemadmodum speciatim interrogati ad hanc de prædes.ne qu.nem scripto respondimus.

Circa 4.am

Licet divinæ grã efficacia auxilia nulla ratione ab ipso libero arbitrio, pro suo innata libertate, efficaciam trahant; completè tamen efficacia non sunt sine respectu ad liberum consensum, tanquam effectum, sine quo illi Entitati, ac motioni grã, non repugnat existere; quamvis illi ut efficaci repugnet. De alijs v.o auxilijs grã, non solum verum esse existimamus, ex libertate arbitrij provenire, quod effectum non sortiantur; sed etiam, quod nequitia voluntatis respuentur, et inefficacia sint; non quia nequitia voluntatis efficaciam aliquam intrinsecam de ipsis auxilijs detrahat, sed quia obisicem ponit, ne aliquid necessario connotatum ponatur sine respectu ad qd, hec auxilia grã complete efficacia esse nõ possunt.

Quæ circa 4. alias quæst.nes respondent, omnino amplectimur.

UGR Biblioteca Universitaria

UGR Biblioteca Universitaria

UGR Biblioteca Universitaria

UGR Biblioteca Universitaria